per se in ratione potentiae, quia simili ipsa potest esse cum illa prioritate, & cum similitate ad actum. Potest etiam dici, quod potentia ante actum manet: eadem semper, & cum actu: non raro sunt opposita simili, quia potentia ante actum non est ad formam pro illo eodem numero, pro quo inest actus, sed pro aliis, quia pro numeris habet actum. Potentia autem ante actum non inest ad eandem formam, sed pro futuro: & quod altera illorum responsum sit vera, probatur per hoc, quod si aliquid potest habere potentiam ad formam, iam habet potentiam: quia impossibile non potest fieri possibile, & per consequens non potest aliquando habeti potentiam ad aliquid formam, quin num habeatur, si suceptivum possibile numerum est. Altera diceretur, quod eadem potentia redire sicut & possibile est eundem actum redire: & tunc diceretur, quod pro instanti, pro quo actus inest, non manet potentia, quia est opposita a cuius, tunc autem cessante illa actus. Ultimo modo diceretur, quod a principio creationis in principio potentialium sunt distinctiones potentiarum tot, quae sunt formae receptibles, non tantum distinctiones specie, sed numero, non praetulite tota: sed ad eandem formam sunt tot, quoties illa forma potest induci, & unaque illarum potentiarum definit illa adveniente sua proprio actu: nec illa redit, & tamen eadem forma potest redire: quia ad illam non tantum erat unica potentia, sed alia & alia secundum quod erat alias & alias inadmissibilis in idem principium potentiale. Cum arguitur contra secundum membrum, quod non potest eadem potentia redire, quia nec privatio: dictum est supra, quod privatio potest redire, si possit, cui adjungitur privatio, potest: & eodem modo dicitur de potentia, si potest redire illa forma prior ordine generationis, quam concomitantia illa potentia ad illam secundum. Cum arguitur contra utrumque membrum quod potentia non est ad prateritum, verum est, ut est prateritum: unde nescit est propriae potentiae, ut illud, quod fuit, non fuerit: sed potest est ad illud quod fuit prateritum: in quantum tamen ipsum potest esse futurum. Illud autem argumentum de potentia non tantum concludit contra agentem naturale, sed etiam contra conditionem eiusdem forme materialis per actionem divinam, quia illa requiri poterant in materia quam perficiunt. Qui diceret istas potentias nihil esse, loquendo de quacunque potentia prater illam quia dicit respectum recipientis ad formam receptam: expediret se breviter de tota illa briga: quia quod ponatur nihil, non est cura. Illa autem quae est realis relacio ex parte materie ad formam: sicut & converso informatio ex reali relatione formae ad materiam; illa, inquit, redit eadem, si forma redit, vel si non redire, ante compositionem potest idem redire, ut dictum est in prima questione. Ad ultimum, quare statim in prima editione eiusdem secundum speciem non redire idem numero, potest dici quod aliqua sunt impedimenta ex parte passi, vel agentis, propter quae accidentia inseparabiliter primi non sunt statim redicibilis: & sine illis non reducetur eadem substantia, non sic oportet; semper est talia impeditiva.

De secundo articulo principali & absolute possibile est natura redu-

339

T &

certe

cere corpus mixtum idem , supposita tercia opinione in precedenti articulo : sed non est possibile reductio idem eodem modo , quo reducetur . Prima conclusio probatur , quia si tercia opinio in precedenti articulo sit vera , quandocunque materia tota eadem approximatur agenti eidem fine impedimentis , potest idem reduci nec tantum eidem agente numero , sed eidem secundum speciem , quia identitas secundum speciem in agente , aequivalens identitati numerali . Probatio si in isto instanti hic ignis ex illo ligno generat ignem hunc , & si in eodem instanti aliis ignis efficit approximatius eidem ligno , genet etiam cumpli ipsen ; sed possibile est totam materiam , ex qua formabatur corpus illud , alias in generatione naturali , esse iterum sub forma feminis , & inveniuntur in aliis matrice , sicut probatur per dictum Greg. Moral. 4. & ponitur libet distin : 20. quae ergo tunc in alia matrice formaretur idem corpus mixtum .

Scendit conclusio est mihi certior quia illa dependet ex quibusdam , si opinio tercia dicta sit vera . Illam secundam probo , quia tota natura cum ea aliigata cuicadam ordinis formatione in generatione , ita quod tota natura non posset immediate post accutum inducere vinum ; solus autem Deus in agenda non limatur ad illum ordinem : & maxime est illi ordo necessarius respectu agentis naturalis , quando proceditur ab imperfectione ad perfectionem ; quia illud non potest pluribus , sed paucioribus modis produc . Nunc autem mixtum illud est perfectum inter illa corruptio , & idea ad ipsum determinatur magnus ordo informis praevis secundum ordinem naturalem , utpote sensibilis , sanguinis , & carnis , &c . Nunc autem tales forme non precedent illam formationem corporis eo modo , quo tunc reparabuntur ; quia suis reparationib; de cineribus , vel pulveribus , vel aliis , in quibus fuerit prius reuelatum ; ergo tota natura creata non potest reparare illud corpus eo modo , quo tunc reparabatur .

De tertio articulo dicitur , quod reparato illo corpore , a quocunque , videtur , quod a natura posse anima returnari in corpori , quia illa forma est dispositio , qui est necessitas animae rationalis : in natura ergo est dispositio necessitatis ad animationem ; sed ad totalem dispositionem sequitur necessitatis illud , ad quod d'ponit .

Sed contra . Patet , quod illa anima non potest ab aliis creari alia a se renunti corpori , sed nec a seipso , tanquam a principio effigie illius unitio . Probatur utrinque , causa aequivoqua est simpliciter nobilior effectu : & probatur auctoritate Aug . 8. 2. q. 9. Omne quod fit , ei a quo fit , par esse non potest , aliquipn sufficiat , quia sua unicuique tribuerit debet , de rerum auctoribus necesse est . Intelligit autem de causa aequivoqua , quia iustitia in causa univoca requiri aequalitatem : sed in aequivoqua eminentiam . Idem vult Avicenna 6. Metaphysic. cap. 3. Idem vult Augustinus . super Genes . 12. quod agens est praestans passio , qui propositio (ut illa dictum est) dependet ex illa , agens est simpliciter perfectio suo effectu formalis : sed homo est simpliciter perfectior anima sua , sicut totum parte , & quacunque alia substantia corpora . Patet ergo , quod

quod nec anima , nec aliqua substantia corpora alia ab homine potest esse causa effectiva hominis .

Præterea , non minus naturalis fuit prima unio facta in generatione , quam illa facta in regeneratione : sed anima non potuit esse causa effectiva illius unionis , sed solus Deus creans , & inuidens ; ergo &c .

Concejo conclusionem , quod si soli virtuti activae divinae subiecta primæ producio hominis , soli eidem subiecta producio secunda : ita autem producio est in animatione corporis organici . Ad illud in oppositione dico , quod in tota natura nihil est in superficie , quod sic dispositio necessitatis ad formam , quia cum qualibet tali fiat potentia contradictionis , cum illa necessitario concordietur iulceptum , quod est præcise susceptivum : talis enim repugnat necessitatibus . Sed illud verbum uitrum est de dispositio , quod est necessitatis : debet sic intelligi , quod dispositio non sit ratio necessitatis , sed quod ipsa possit , agens necessitatis inducat formam ; ad quam est dispositio : vel necessitate simpliciter , sicut quando est mere naturale , vel necessitate secundum quid ut quando agens est voluntarium , & dispositio haec agere , & hoc ultimo modo forma corporeitatis est dispositio necessitatis ad animam , non quod ex ista , vel virtute eius sequatur animatio ; sed quia ipsa posita agens necessitate conditionata sua dispositio inducit formam , ad quam est .

Ad Argumentum principia . Ad primum dico , quod non est aliqua potentia passiva creat , cui non respondeat potentia activa in natura , ne ponatur passiva frustra : sed diversimodo ponit illa activa in natura secundum Philosophos , & Theologos . Stricte enim accipiendo naturam activam pro natura creata , quia Aristoteles ponit intellectum immediate indutum a Deo , ut tacitum est q. i. tiss. diff. non emulsi potest passiva correspondet propria activa in natura , sed accipiendo naturam pro agente naturali necessitate , si Philosophus diceret esse potentiam activam in natura , quia primaria causam agentem naturali necessitate in illud patitur . Sed Theologus negat etiam in natura esse potentiam activam ita modo : quia primum dicunt agere in illud non naturali necessitate , sed liberis : & tunc secundum eos , cum dicuntur , correspondet aliqua activa in natura , natura debet ibi accipi communiter ad totum ens . Nec etiam ipsi ponunt magis frustra aliquid in illo , quam Philosophus , quia que potest potentia passiva redi ad actum , si reducatur non ab agente creato , sed a creto , nec naturaliter activo , sed liberis : sicut si ab agente alia modo ponatur reduci .

Ad aliud , consequentia non valit , potest in processum revolutum ; ergo & in illum processum compositivum , qui init in compendiendo . Patet insuffia ; pollum enim dividere solidum , nec canes partes divisa pollum iterum continuare . Ad tertium , uno modo ne-

gatur eadem materiam totaliter & se & in partibus posse approximati. Itetum alieungenti propriis divisionibus partium materialium, que sit in corruptione. Alio modo negatur materiam eadem posse materiæ, vel credere; tamen illud argumentum tangit illud generale, de quo tractatur in primo articulo solutionis; & est pro tacta opinione, que non est ibi similespleri reprobata.

QUESTIO IV.

Vixit Resurrexio sit naturalis?

Quod si, secundum Dam. lib. 3. c. 14. Quod commune est omniibus in eadem [per] naturale est resurrexit: ergo est huiusmodi: ergo &c. Præterea, vocis est naturalis, qui terminatur ad quietem naturalem, quia naturaliter moverunt mobiles ad illud, in qua naturaliter quietient; & per ratione materiali est naturalis, que terminatur naturaliter ad formam naturaliter perficiendum mutabilem; sed resurrexit est huiusmodi, quia perfectibilis naturaliter perficietur illa forma reunita ergo &c. Opus est, Dion. de div. nom. c. 16. dictis de resurrectione, plaustrum etiam esse supra naturam ergo non est naturalis. Præterea, ad cognoscendum effectus naturales potest pertinere per rationem naturalium; non sic ad resurrectionem, ex 2. quæst. hujus diff. ergo &c. Præterea, quod naturale est, evenit ut in plantis, non tantum supponit, sed enim temporibus: quia evenit quoties causa ejus, que naturalis est, non est impedita; & autem impedita in uictoriis; sed resurrexit tantum semel evenit: ergo &c. Intelligentum est hoc, quod naturale sequivocatur: quod apparet ex hoc, quia diversi opponuntur: & illa est una doctrina cognoscendi multipliciter, i. Toporum c. 1. Opponitur enim naturalis uno modo *supernaturali*; alio modo *libero*, vel *voluntariamente*; tertio modo, *violento*. Naturalitas enim aliquando pertinet ad principium actionum, & tunc opponuntur. Et liberum uno modo, & alio modo *supernaturalis*. Nam agens naturale, vel naturaliter dicitur, quod opponitur *libero*, quia agit necessitate naturali; sed *voluntarium*, vel *liberum* quod seipsum determinat ad agendum: & illo modo loquitur Philosophus 2. Phys., dividens naturam contra agens a propo: & 9. Met. c. 2. & 4. de potentia activis irrationalibus, & activis rationalibus, five liberi. Alio modo ex parte principii activi, *naturale* dicitur, quod habet naturalem ordinem activi ad passum: & *supernaturale*, quod excedit omnem tam ordinem naturalem: & illo modo quodcumque agens causatum dicitur *naturale*, & solus agens incrementum dicitur *supernaturale*. Ex parte autem passi, opponitur *naturale* uno modo *violento*, prout naturaliter dicitur moveri; vel pati, quod patitur secundum propriam inclinationem passi: violenter voto, quod patitur contra inclinationem passi. Ex hoc sequitur, quod *naturale* & *violento* non sunt opposita contraria immediata; immo est inter ea medium, quando felices passum neutro modo le habent, neque inclinatur ad illud, quod recipit, neque ad oppositum; hec lu-

per-

Quatio Quarta.

perficies ad albedinem, vel nigredinem, vel ad medium. Sicutque etiam, quod non potest esse violentia primo passo, feliciter materia prima: quia non inclinatur contra aliquid, cuius est ad solare receptionem, & hec distinctio illorum oppositorum, & medi accipitur in passo, ut comparatur ad formam, ad quam granulatur: ut autem passum comparatur ad agens, a quo recipit formam, dicitur naturaliter moveri, quando moveretur ab agente naturaliter sibi correspondente; supernaturaliter autem moveri, quando ab agente supra totum ordinem agentis naturaliter proportionato sit. Sic ergo habemus naturale duplicitatem, ut pertinet ad actuum: quia ut distinguuntur contra librum, & supernaturale: & naturale vel naturaliter duplicitate, ut pertinet ad passum: quia ut distinguuntur contra naturaliter, & contra violentiam. Sed contra distinctionem duorum ultimum membrorum arguitur, quia secundum Philosophum: 3. Ethic. *Violentum est*, cuius principium est extra, non conseruentem passos ergo in definitione violentis ponitur principium motionis, & per consequens violentum essentiale, non tantum accipitur sed computatione passi ad formam, sed ad agens.

Replpondeo, & ad quicunque tales infinitas per hanc propositionem Illud est per se causas, quo passo, & circumscripto sit, vel a circulo sequitur effectus: nunc autem sicut forma, contra quam inclinatur, receptivum, non inducatur, nisi per agens per te violentans passum: tamen per se ratio violenti est ex habitudine passi ad formam: quia passo, & forma inveniuntur in sua ratione, puta quod forma sit receptibilis, tamen contra inclinationem passi, quonodo cuncte varietat agens, passum violenter recipit. Hoc etiam apparent, quia non tantum in induci, sed etiam in permanere, dicitur quod aliqua forma violenter petmant in passo, & diu aliquia autem naturalitatem: ita quod circumscribendo agens, quod scilicet non habet actionem post inductionem formæ, ibi est naturalitas, vel violentia prædictæ comparando formam ad receptionem. Concedo ergo quod in descriptione violentis ponitur agens tanquam extreum: sed non tanquam per se completa: nec tanquam per se constituent rationem violenti: sed tantummodo completer per illud, passo vim non conferente, & tamen modo maneat violentum post omnem actionem agens, sicut si laps posset quiescere fusum sine continua actione detinatur. Additur tamen principium in descriptione violenti, tanquam causa extremitatis. Consideriliter licet passum recipiat aliquam formam aliquo modo supernaturalem, & in hoc posset supernaturam ducas dicer, modum habitudinis passi ad formam: tamen nunquam dicunt *supernaturale*, nisi quia recipit eam a tali agente: cuius probatio est, quia si formæ naturaliter sui pertinuant recipere a tali agente, adhuc recipere eam supernaturaliter non quidem proper habitudinem ad formam, quia sic naturaliter recipit: sed proper habitudinem ad agens, a quo recipit. Ad proprieum, refutatio ligatur passionem, cui correspondet pro acto one refutatio: ergo in quaestione, an resurrexit sit naturalis, non accipitur naturalitas,

nisi prout pertinet ad passionem: sed in quaestione, an resuscitatio
activa sit naturalis; acceptius *naturale*; ut pertinet ad actionem &
ad causam activam. Primo ergo modo, dico quod est naturalis, ut
naturalis opponitur *violentia*: sed non naturalis ut *naturale* opponi-
tur *supernaturalis*, sed est supernaturalis. Et ratio utriusque mem-
bit pater ex dictis in *primo articulo*. Ratio prima, quia passim inclina-
tus naturaliter ad formam quam recipit. Ratio secundi, quia post re-
cipit ab agente naturalem ordinem habente ad illud agentium, sed su-
per eorum statum. Si vero queratur de resuscitatione activa, an esse
naturalis? Respondendum est, quod utroque modo, quo *naturalis*
pertinet ad actionem, illa est non naturalis: quia & ab agente libe-
re, non naturali necessitate, & ab agente supra eorum ordinem cau-
satum creaturam, que dicuntur habere ordinem naturalis agentis
in passo.

Ad Argumenta. Ad primum, auctoritas Damasceni intelligenda
est de eo, quod est communis omnibus in specie a principio intin-
fisco, vel a causa naturali; non sic hic, & pars: quod sic intelligit,
quia propositionem si intellectum appetit ad operationem duplicom
de Christo; qui est in omnibus in specie humana: causa intin-
fisca & velut causa naturalis. Ad secundum probat tantummodo, quod re-
suscitatio sit naturalis, ut *naturale* opponitur *violentia*. Tamen quod
tangunt ibi de mutatione, hoc dubium, an resuscitatio sit mutatio,
& dicetur in sequenti quaestione.

Q U A E S T I O N E V .

Verum Resurrexit si in instanti.

Q UOD non, i. ad Theesal. 4. *Moritur*, qui in Christo sunt, re-
jungent prius; deinde nos qui vivimus &c. ergo illi, qui
invenientur mortui in adventu Christi, primo resurgent, & deinde
illii nisi raptae in obviam morientur, & poitea relurgent: ergo non
sunt nisi resuscitatae istud, & illorum: non ergo in instanti.
Præterea Aug. 20 de Cis. Dei c. 20. *Tum insensibili velocitate redi-
eturum apud quinque annos cadaverum pulvorem in membra sine fine
vittata*, ipso apostolus aperiisse dicit. *Velox*, & tardum se-
cundum Philosopham 4. *Physi*, tempore determinantur. & eodem
c. 20. *Ad immortalitatem per mortem mira celeritate transibunt*:
Præterea in resurrectione aliquid, quod praefuit; corruptum
quia materia illa, que recipiet formam novam, præfuit sub aliâ
forma corrupta: illud corruptendum habebit esse finitum, omnem
autem iudicique nuptum posse habet ad minus duos terminos pos-
sitionem: ergo illud esse illius precedentis habebit duos terminos pos-
sitionis; & per consequens est dictum ultimum instanti esse illius pre-
cedentis: ergo in resuscitatio est immediate post esse illius, & in in-
stanti, erit instantis immediatum instanti, quod est contra Philoso-
phum 5. & 6. *Physic*.

Præterea, corpus tunc corruptendum habebit esse permaneos:

per-

Q U A E S T I O N E Q U I N T A .

permanens autem non habet esse in tempore nisi quia in instanti: eg-
o si immediate precedat esse corporis resuscitandi, sequitur, quod
precedat in instanti immediate illi esse, & tunc ut prius, corpus
resuscitandum non potest habere esse inmediate in instanti. Op-
positum t. Cot. 15. *In momento, in isto instante, in novissima tu-
ba*. Quam autocitatorem Augusti adducit de Civit. ubi prius, pro
probatione resuscitationis subito fende. Præterea, generatio est in
instanti: ergo & resuscitatio. Præterea Magister in litera dicit,
quod in instanti erit resuscitatio. Respondeo, cum resurrexisse, se-
cundum Damal. ut dictum est si litera resurrexisse ejus quod occidit
occidit auctor primo totum hominem per separationem intellectus a cor-
pore, & secundario occidit illud corpus mixtum per corruptionem
in aliud, vel alia: & convertit sic ordo generationis, & corruptio-
nis, ac per hoc oportet prius ordine natura corporis reparari, quam
animam remitti: illam autem reparacionem corporis precedit col-
latio partium materie, quae dispersa erant per resolutionem corpo-
ris in diversa statim, & vel cum mora. Primum ergo oportet videre
de isto præambulo resuscitationis, quod est collectio partium corpo-
ris: Secundo, de inductione formæ corporis in materiam illam:
Tertio de unione animæ ad corpus illud.

De primo dico, quod fieri ministerio Angelorum, & ideo in
tempore. Antecedens patet ex illo dicto Salvatoris Marchi 24. *Mi-
tis filius hominis Angelis suis cum tuba, & voce magna: &
congregabatur electus ejus a quatuor ventis a summis celorum*
usque ad terminos eorum: quod est dictum, quicunque dispersa fuerint
partes materia corporis in elementis, five in ignem, five in ter-
ram, a summis celorum usque ad terminos eorum, five in quad-
cumque corpus medium, aqueum, aereum, vel imperfecte mixtum
a quatuor ventis, omne materie partes recolliguntur, & reunien-
tur. Consequitur apparet per hoc, quod dictum est in 2. lib.
diss. 8. q. 4. *utris*, quod Angelus non potest mouere corporis in in-
stanti. De secundo dico, quod illa formatio corporis est in instanti:
quia fieri immediate virtus divina; nam Angelus non poterit
illum formam substantialiter inducere in materiam: virtus autem
divina esti potest successivæ agere, & successivæ inducere formam, si
cui virtus creata, & forma substantialis possit successivæ induci, quod
aliqui negant; tamen magis congruit, quod illa virtus formam in-
ducibilem in instanti inducat in instanti: quia nunquam est successio
necessaria, nisi propter aliquem defectum agentis. Nam omnes filii
causa talis a Commencatore 4. *Physic. cap. 4. Vacuo mobilis ad
motorem, & mobilis ad medium, & mediis ad movementum, reduc-
tur finaliter, scilicet (alia tercii) ad imperfectionem virtutis agentis,*
propter quam imperfectionem potest sibi mobile resister non absolu-
te, led ut tercipe terminos & medium, per quod transcurset est
2 termino in terminum. Nunc autem illa virtus nullam potest ha-
bere imperfectionem: hæc autem forma indubitate est in instanti-
patet, quia potest perficere in instanti. Sed hic est dubium: quia

quia

tunc sequitur, quod motus localis erit in instanti. Probatio, quia corpus illud formatum erit densius, vel rarus palverbus illis, ex quibus formatur, & sive sic, sive sic, vel maiorem locum occupabit, quam illud, ex quo generatur, vel minorem, & sic est motus localis non tantum ipsum, sed seris circumflans.

Secundo, quia illud corpus ex alterius figura, quam illud, ex quo formatur; ergo occupabit locum sua figura proportionis altere correspondentem, & ita ut prius. Concedo conclusionem illorum argumentorum, quod accepido generaliter motum localem, prout quando generatum succedit corruptio, occupans maiorem vel minorum locum, quam corruptum, dicitur aliqua loci mutatio, quia majoris, vel minoris loci occupatio, licet non ab eodem corpore in actu licet in instanti est loci mutatio, nec solum sic: sed et circumstantia statim pellitur, si corpus est maius, vel sequitur, si corpus est minus: & quidem in primo instanti: quando scilicet pellitur, concedo quod in instanti pellitur, & hoc a virtute divina immediate quia illi immediate ponit corpus maius, ubi fuit minus. Nunc autem quod effectivè movere localiter unum corpus, effectivè expellit aliud corpus, & non ipsum corpus motum, effectivè expellit aliud sicut nec calor in ligno expellit effectivè frigus a ligno, sed ipsum calidum, quod effectivè castas calores in ligno, effectivè expellit frigus ab eo: possibile tamen est virtutis divina ponere illud corpus maius in aliis, & conservare ibi corpus, quod prius, & tunc duo corpora simul: sed tunc esset novum miraculum ultra subitam positionem corporis majoris hic. Si autem simili cum haec positione corporis hic expellat aliud, non est illi unum miraculum: quando autem corpus genitum est minus corpore corrupto, aliud est: tunc enim vel Deus immediate movebit omnem aerem circumstantem, ut contingat minoris corporis superficiem: vel potest, non moveat quia hoc non est necesse simpliciter ad hoc quod corpus minus sit hic: quia potest Deus dimittere naturam sibi: & cum natura non possit movere aerem in instanti, ut applicetur lateribus illius corporis minoris, erit ibi vacuum ad tempus, quoque scilicet natura potest aerem circumstantem contiguere corpori illi. Ex quo patet ponendo, quod Deus subito faciat corpus minus, (quod non includit contradictionem) & dimitteret aerem circumstantem sibi, ad actionem naturae, vacuum erit per tempus: non ergo vacuum esse in universo includit contradictionem: immo si natura faceret in instanti minus ex maiore, videatur posse concludi vacuum esse per tempus sine divino miraculo.

De Tertio dico, quod animatio non est tantum in instanti propter rationem dictam in 2. artic. quia scilicet est a solo Deo imprimata, cuius virtutis activa nihil relinet, sed necesse est eam esse in instanti, quia non potest esse successio in receptione formæ, nisi vel proper partes formæ inducuntur, vel proper partes corporis, quantum una pars respectu formam, quam alia: sed hecne potest ponи in animatione. Non primum, quia illa anima in unico gradu, in quo creator,

reuniretur, ita quod licet pars aliqua corporis posset esse perfectior alia, tamen hoc nihil ad proprium ad successivam unionem ipsius animæ. Nec secundum potest dati, saltem de primo animabilis: aliquid enim est proportionatum animabili primo, ita quod nihil eius potest animari, nisi totum simul animetur; licet forte de multis partibus corporis, que non sunt simpliciter necessariae ad animationem, ut sunt manus, pes, & ceteræ partes, una possit prius animari, quam alia; sed loquantur de prima animatione. Dico etiam secundo, quod in eodem instanti, in quo corpus formatur, animatur: quia ex quo forma ista est dispositio necessaria ad animam non absolute, sed ex necessitate agentis, non simpliciter, sed ex dispositione sua, statim forma corporis inducatur ab ipsa forma, quia est anima, & non ex necessitate materiae. Et in quaerendo, numpid eadem mutatione inducitur forma corporis & anima? Dico quod non, immo inducitur forma corporis per mutationem inducitur autem anima non est cum aliqua mutatione, que sit ad animam, vel animationem, ut ad terminum. Primum apparet, quia susceptivum formæ corporatis transit a privatione ad formam. Et secundum apparet per idem, quia susceptivum anima, vel animationis non est materia prima, sed corpus: illud autem non habebit privationem ipsius anima, a qua transeat ad formam, quia nec simul habebit eam cum anima, quia tunc privatio & forma effient simul: ne prius habebit eam, quam formam, quia non prius tempore erat corpus quam anima: nupquam autem est mutatio, nisi quando susceptivum terminat ad quem aliquam inductionis praedicti duratione ipsum tenetur ad quem, & tunc est sub privatione termini. Si arguis, ergo non est ibi animatio actio nec animatio passio: quia actio non est sine passione: nec passio sine mutatione: & mutatione negatur ibi: ergo tam actio quam passio, quod videtur inconveniens. Respondeo (sic dictum est supra distinct. 13.) Passio dicit resipsum passi ad agens extrinsecus advententem, hoc est non necessario consequentem extrema potest, talis autem potest esse, eti passum nunquam praecedat duratione formam, quam recipit, quia quia atunque hinc simul fecum habeat formam, potest tamen eam recipere ab alio, & tunc breviter in inductione formæ coxae: ipsi passio, bene est passio sine mutatione. Exemplum huius secundum Aug. 2. confess: quodammodo prior itatis creatura materia priusquam formæ: in illo priori materia non habet respectum ad Deum, nisi producatur ad producentem, & ille respectus non est extrinsecus adventens, immo necessario consequens naturam fundamentis, ex distinct. 2. in secundo, instanti naturæ recipit formam a Deo: & ille respectus non est eius, ut producatur, ut ad Deum producentem: sed est aliis eis ut inveniatur ad Deum uniformentem, sive ut imprimentur formam: & ille secundus respectus extrinsecus adventus materiae, quia potest perpetuo materia manere Deo conservante, sine ullo respectu receptionis a Deo. Forma ergo illa summa duratio concessa est in materia: sed potest ratione natura inducitur, vel imprimitur in materiam passione de genere passib; sed sine omni mutatione, quia nunquam materia a privatione

tione formis illius transit ad formam , nec breviter altera se habet secundum eam , quia alter , & alter presupponunt entitatem . Ex hoc sequitur corollarium , quod dictio actionem , & passionem abstractam motu , & mutatione , non oportet dicere , quod remaneat in eis sola ratio relationis , immo vero reminet ratio actions , & passionis abique quacunque ratione morus vel mutationis . Refinare duo parva dubia , Unum , an in eodem instanti erit omnium resurrectionis ? et quod tangit primum argumentum . Et alud , in quo instanti esti non determinato , vel signato , tamen qui in comparatione pars , vel horas diei naturalis , utpote in instanti media noctis , vel aliquo alio determinatum respectum habent ad partes dies naturalis ? Ad primum Augustinus super totum illud cap. alleg. p. 20. videtur ex intentione determinare , quod resurrexit eorum , qui inventur mortui in adventu iudicis , praecedente duratione resurrectionis illorum ; qui inventur vivi : nam illi vivi secundum verba Apostolica prius rappresentant obiviam , & ibi , ut probabile est secundum Augustinum morientur , & subito postea resurgent , & se postea resurrectio eorum sequitur resurrectionem illorum , qui erunt mortui . Unde dicit Augustinus . Si sanctos , qui representerent Christum venientes , viventes , eaque obiviam rapientur , crediderimus in eodem raptu de mortibus corporibus extirsum , & ad eadem mox immortalia rediremos ? nullas in verbis Apostoli patiemus angustias . Hoc expresso etiam videtur verba Apostoli dicere : Mortui qui in Christo sunt resurgent primi : deinde nos , &c. ubi secundum Aug. a pollo in se , ac etiam in illis , qui secum vivebant , transfiguratae personae illorum , qui inventur vivi .

De secundo dubio videtur prima facie certum esse , quod quacunque instanti est omnes habitudinem habet ad partes dies naturalis . Quod enim in una parte certa est instantia media noctis in horizonte uno , in opposito horizonte est meridies , & sic de singulis instantibus possibilibus assignari in die naturali ergo resurgent mortui in quacunque hora dies naturalis , sic ad partes comparando .

Sed quia non fine causa queritur de hora resurrectionis , incincinnandum est querentes querere de hora in comparatione ad illam regionem , ubi est iudicium resurgentium , sive resurrectionis transferuntur , ut iudicentur : transcurrent , inquam , vel post resurrectionem completam , vel ante per translationem pulverum collectionum ; utrumque enim est possibile Deo , ut vel resurgent in diversis locis , forte ubi sepelebantur ; vel ut pulveres de singulis locis colligantur ad locum unum ; ubi debent vel resurrectionem omnes ad iudicium convenire , & in illa loco sit resurrectionis omnium . Voco autem pulveres , corpora quacunque , in quibus est ultima facta resolutione , pura si in tantam partem ignis , & in tantam partem aquae ; & in tantam partem terre ; & ista pars (a) ignis immediate juxta globum lunarem , super punctum quincunxum terre , & alla pars sit

dilectio

a Nota punctum subtilissimum .

directe in extremitate opposita diametraliter in sphera ignis ; & tercias pars sit in inferno , vel medio , vel superiore aqua , & hujusmodi . Hac omnis eti hujusmodi sunt nullae nullia , intelliguntur cum dicuntur pulveres , vel cineres . Comenium dicitur Cilios : a summis celorum . & a quaero venisti , non intellexit ipse pulveres , quos usitate accipimus in sepulchris , siue ad tantam distanciam effispersos : sed intellexit generaliter in quacunque rota , vel partes facta sit resolutione , illa colligentur , & ex illis collectis , id est , ex materia in eis , quae sicut prius materia corporis corrupti , reparatur ictum idem corpus . Ille autem locus iudicij generaliter probabilitate estimatur terra promissionis : sive valle , & vel pars losaphat determinata ibi : vel ex ea pars , quanta sufficiet pro reprobis : siquidem eleeti non erunt in terra , sed rapient Christum obiviam in aere . & per consequens respectu ipsius parti terra intelligenda est hora . Sed quod tunc dicatur esse (a) media noctis , acceptum a Martino 25. & ab Apostolo 1. Thessal. 5. Dies autem Domini , sicut sura in nocte veniet , quod non videatur intelligendum ad literam , quia eti Dominus posset se manifestare singulis tamen magis probabile est ad coniunctionem reproborum , (b) qui videbuntur , & ab invicem & a bonis , ut sint in loco illuminatio , & per consequens tunc in loco resurrectionis . & iudicij non erunt tenebre media noctis : ea ergo hora forte , quando Christus resurrexit , ea in comparatione ad illam regionem , resuscitabuntur mortui , vel ea hora , que adjudicatur eti a Plato , vel ea quae exprimitur in cruce : siquidem de hoc certum non habemus ex Scriptura , & quocunque illorum ponatur , exponentum est illud media nocte pro incertitudine .

Ad arguments . Ad primum de Apostolo communis : quod non erit idem in aliis resurrectionibus omnium , quia in instanti resurrectionis prius mortuorum adhuc aliqui vivent , & vivent vita mortali : & probabile est , quod solvent mortem , sicut Christus , & Mater eius , & resurgent : ergo posterius quam alii , qui jam sine resuscitari . Ad aliud quod dicit Augustinus de velocitate , porei eti ferri ad collectionem pulverum , non ad alia duo sequentia : & concessum est , quod illa collectio fieri in tempore , sed alia duo in instanti , & in eodem instanti tertium , & quartum tangent difficultatem magnum apud philosophantes de ultimo instanti esse rei permanentis : sed si dicatur hunc dictum est lib. 2. diff. 2. 1. quod enim manens in esse sive mensuratur anno , nulla est difficultas , quia evanidens idem mensuratur corpus praedens : & dum manet , deficiente illo corpore definit evanidens ; & tunc est dare ultimum in esse illius permanentis : verum est , & idem est illud ultimum , & primum , & idem mensuratur totum esse , sicut inveniendo indivisibilitatem zvi . Cum ergo arguitur de esse finito , quod habebit duos terminos , negandum est , quia non est continuum , sed indivisibilis . Et si dicas , falso immediate ante esse illius resistentiam

di,

a Vide D. Bonav. dist. presenti . par. 2. art. 1.

b Hoc tenet D. Thes & Ric.

di; est esse illius corruptendi; quero in quo, vel cum quo ipsius temporis? Non cum tempore, quia tunc illud tempus non esset finitum propriis terminis; ergo cum instanti temporis; ergo non succedit immediate inflans temporis. Respondeo, esse immediate praecedens resurrectionem ipsam est esse in instanti a vi, quod quidem a vium potest coextitare temporis, sicut & nunc. Et cum quidem de coextitente sibi in tempore, ut immediatè et praecedat resurrectiōnem. Dico quod coextitens sibi est tempus, & non inflans; & ita illi, qui loquuntur de permanentib; ut si haberent esse in tempore, deberent dicere, quod nuncquam ultimum habent esse, sed habent esse in toto tempore, & in ultime habent nos esse, quia generandum habet esse; tamen tempus illud finitum habet proprios terminos; quia instant mensurans esse generandi, est terminus temporis mensurantis esse ipsius corruptendi. Et in die illud esse est quodam finitum; ergo illud esse habebit proprios terminos; non sequitur proprios, in quibus ipsum salvator: nec correspondens sibi habebit proprios terminos; sibi rationis temporis mensurantis. & illius proprii termini sunt duo instantia; sive mensurant illud esse, sive aliud. Per hoc ad aliud, cum dicitur, quod permanentis non habet esse in tempore, id est cum tempore; nisi quia in instanti; haec falso est tenendo priusnam viam de mensurari a vi. Tenendo autem aliud; oportet dicere, quod cum toto tempore est, ut illud est immediatum ad instanti, sicut continuum ad sumum terminum: & hanc immediationem non habet, ut est in alio instanti; & tunc oportet negare istam; permanentis non habet esse in tempore, nisi quia in instanti. Verum quidem est, quod potest esse in instanti; sed tamen potest habere esse in tempore, videlicet esse duratuum; & secundum illud esse, & non illud instantaneum est immediatum ad esse instantaneum sequens. Sed prima responso videatur facilior, & rationalior, quia permanentis, & permaneant cum tempore, videatur habere esse in se, quee indivisibile.

DIST. XLIV.

CIRCA istam quadragesimam quartam distinctionem primo
quero unum.

QUÆSTIO PRIMÀ.

Virum in qualibet hominē resurgent totum, quod fuit in dea
de veritate humanae naturæ in eo?

Quid nos, Genes. Tulus Deus unam de costis Adæ, & edifica-
vit eam in malicie; ergo vel Eva non resurgent, quia non
illud, quod fuit in ea de veritate humanae naturæ ex costis; vel Adam
non resurgent cum ioto eo; quod fuit in ipso de veritate naturæ; quia
non erit ex costis. Præterea, idem non resurgent in diversis, si quod
fuit de veritate carnis in uno, potest esse nutrimentum alteri; & per
con-

Questio Prima.

consequens converti in veritatem naturæ alterius; & ita successivæ ef-
fici de veritate naturæ in duobus; ergo in altero non resurgent quicquid
in ipso fuit de veritate naturæ humanae. Præterea ex eadem maiore
sumendo sub ipsa istam minorem; illud, quod fuit semen in uno,
per multas transformationes potest fieri semen in alio; & per confe-
quenti in genito ab illo. Et genito ab isto idem ex de veritate naturæ in
utriusque. Præterea non potest quod in qualibet resurgent quicquid
fuit de veritate naturæ humanae in eo, nisi ut redat simpliciter idem
numero quod cedidit; sed pari ratione oportet idem dicere de fini-
gulis membris vel partibus organicis, & tunc in qualibet parte oportet
resurgent illud, quod fuit de veritate cuiuslibet partis; quod est
contra August. in Enh. & posterior in litera, non ita reparabatur ut
ad easdem corporis partes, ubi fuerint redire necesse: aliquin
si capillus redit, quem tan crebra tonsora detraxit &c. Et subdit,
Quemadmodum si statua metalli liquecerit, & cum vellet artifices
rursum ex materia reparare s nihil intercesset ad ejus integratiōnem,
qua particula materia, cui membro statua redederetur, dum tar-
tuan ea restituenda resurgent; Ita Deus mirabiliter de toto, quo
caro nostra existet, cum mirabiliter celeritate restitueret: nec aliquid
attinet ad ejus integrationem, ursum capilli, in capillis redantur,
aut in partibus alias reveruntur; curante artifici previdentia; ne
quid indecens fiat. Opponitudo vult Aug. ibidei in Enh. quod caro
resurgentur de toto, quo caro nostra existet. Idem etiam dicit. 21. de Civitate Dei. cap. 15. & Luc. 21. Capillus de capite ve-
stro non peribit.

Circa istam questionem, ex quo homo componitur ex corpore, & anima, & anima semper manet eadem, oportet videre de corpore organico, quo modo redit idem: quia vero corpus illud componitur ex multis partibus organicis, & heterogeniis, quia distinctio partium requiritur propter multitudinem operationum, quarum anima est principium propter suam perfectionem oportet videre de identitate partium heterogeniarum. Et quia partes illæ heterogenes componuntur ex partibus homogeneis, oportet videre identitatem in homogeniis. Primo ergo qualiter pars homogenea, puta caro, in continua nutri-
tione manet eadem & non eadem. Secundo quomodo redit eadem,
qua fuit prima in corpore mortali. De modo nutritionis est una opini-
o, quæ dicit, quod nihil de nutrimento transit in veritate humanae
naturæ: sed tantum illud est de veritate humanae naturæ, quod con-
trahitur a parentibus. Illud autem in se multiplicatur ut sit augmentatio. Exemplum de multiplicatione paucum Evangelicorum: quod autem generatur ex nutrimento, quaf somentum adhaeret calori na-
turali ne extingatur, sicut oleum adhaeret lycoperso: & ita requisite
nutrimentum, quamvis non convertatur in veritatem humanae natu-
re. Contra hoc primo, quia non minus pertinet, est vegetativa in
homine, quam in bruto; ergo non minus potest in hanc operationem
vegetativa, qua est nutritio, eo modo, quo nutritio, ex convertendo
substantiam alimenti in substantiam aliendam, quia hec in bruto: et